

GRVNVS DVX SYCAMBRORVM.



GRunus filius fuit Antenoris & Crambæ, qui
Sycambris præfuerunt. Hic cum Priamo fra-
tre regnū partitus non procul à littore maris Ger-
manici confedit. In eo loco urbem Phrysiæ condi-
dit, & eam de se Gruningam nominauit. Eius tem-
pore Sicambri Saxonum lingua uti cœperunt, id
quod factum est anno creationis mundi termille-
simo quingentesimo octuagesimo quinto. In
eo loco cum optimè unà cum fratre per annos
triginta præfuisset, magno suorum luctu obiit, &
Helenum regem successorem habuit. Tritt. Func.
in Chronologia.